

156

erat quasi nihil. **N**on autem vilia aut non debemus a deo petere. aut cum moderamine a condicione petere. **N**on enim debemus ea petere. quia non deest deum tam vilia dare. **E**xemplum ut fert **S**eneca quod alexander cuiusdam petenti denarium: debet vultum. Et cum ille diceret sibi tantum donum non veniens. **R**espondit. **N**on quero inquit quid te deest recipere sed quid me deest dare. **C**irca super **M**atth. Illa a deo pete que a tibi expediatur accipere. a illi deest dare. **S**i enim eum semper petis terrena: aut difficile impetras aut non impetras. **Q**uo modo enim libenter prestat ea non habentis: que si habes mones ut ea contempnas. **S**i autem temporalia petimus: debemus ea cum moderamine petere a condicione. **D**e moderamine dicit **B**ernardus. **I**n petendo temporalia cautela est superfluitas. **P**roverbia. **x**ix. Divitias a paupertates ne dederis mihi a cetera. **T**imo. **v**i. Habentes alimenter a quibus regamur: hiis contenti sumus. **D**e oblatione dicit **A**ugustinus. **C**um a deo petitis temporalia: cum modo petite a cum timore. **I**lli omittite ut si profuerit: si sciat olee non det. **Q**uid autem profuerit se scit medicus non egrotus. **B**ona media sunt bona spiritualia: a ista sunt petenda cum attentione a fervore. **C**ontra illos qui non habent attentionem dicitur **M**atth. **xv**. **P**opulus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. **A**ugustinus. **S**i autem sine

modulatione est vox precium: sic oratio sine devotione est quasi mugitus bouum. **I**tem. **I**te quid mihi a deo facis si aliquem iudicem interpellas a cum subito loquaris ad eum illum dimittas a cum alio fabulari incipias. quando te tolerabit: a tamen deus tolerat id est suffert corda peccantium a diversas res cogitantium. **C**iprianus. **Q**uo modo audiri te postulas a deo: cum tu teipsum non audias? **D**eus tui memorem esse vis a tu tui memorem non vis. **D**e fervore autem dicitur **J**eremie. **xix**. **C**um quesieritis me in toto corde vestro: inveniatur a vobis. **V**nde dictum fuit moysi tacenti: sed corde clamanti. **E**xo. **viii**. **14**. **Q**uid clamas ad me. **G**regorius in moralibus. **E**tetnam vitaz si ore petimus nec cum corde confidamus: clamantes tacemus. **S**ignum autem confidendi interioris est: abundantia fletus exterioris. **V**nde **A**ugustinus. **Q**uanto quis est sanctior a sancti desiderii plenior: tanto fit in oratione eius fletus verior. **V**nde dicit beatus **G**regorius ubi super **V**eraciter orare est amarus compunctionis gemitus non composita verba in oratione resonare. **B**ona summa sunt bona celestia. **E**t illa non tantum petenda sunt cum attentione a fervore sicut bona spiritualia: sed etiam cum humilitate a sine presumptione. **C**um humilitate petunt qui de suis meritis non confidunt. **B**ernardus